

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

12. Sors à cantu fortuito, atque à Cerua, & belli, & vadi, diuinitus Clodoueo data.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

338 Cap. XXXIV. Varietas Sortium, & sortitio SS. Menstruorum.

ut ob ipsius nomen meritum ne rogantibus nihil denegandum putaret. Est in hoc exemplo affectus erga Sanctum, Suffragium Sortis, & preces a Deo impetrantes, vt Sortes temperaret; qua in re multi hodie que sunt pij imitatores, dummodo assuetudo non minuat pietatem.

XII.

Gregor. Turonensis  
l. 2. hist.  
Francor. c.  
37.

Possunt & alij diuinæ voluntatis explorandæ modi inter Sortes computari, qualis fuit ille, quem Gregorius Turonensis recenset his verbis: *Chlodouenus rex ait suis: Valde moleste fero, quod hic Arriani partem teneant Galliarum. Eamus cum Dei adiutorio, & superatis, redigamus terram in ditionem nostram. Cumq; placuisse omnibus hic sermo, commoto exercitu, Pictones dirigit.* Et paulò post: *Ipsè vero rex direxit nuncios ad Beatam Basilicam (S. Martini) dicens: Ite, & forsitan aliquod victoriae auspicium ab aede sancta suscipietis. Tunc, datis munieribus, que loco sancto exhiberent, ait, Si in Domine adiutori mihi es, & gentem hanc incredulam, semperq; emulam tibi meis manibus tradere decreueristi, in ingressu Basilice S. Martini, dignare propitius reuelare, ut cognoscam, quia propitius dignaberis esse famulo tuo. Maturantibus autem pueris, & ad locum accendentibus, iuxta imperium regis, dum Sanctam ingrederentur Basilicam, hanc Antiphonam ex improviso primicerius, qui erat, incepit: Praecinxisti me, Domine, virtute ad bellum: supplantasti insurgentes in me subitus me, & inimicorum meorum dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti. Quod satellites audientes, & Domino gratias agentes, & vota B. Confessori promittentes Leti nuncianerunt regi. Porro ille cum ad flumum Vigennam cum exercitu aduenisset, per quem locum transire deberet, penitus ignorabat, in iuuenientibus enim ab inundatione pluviaram. Cumq; illa nocte Dominum deprecatus fuisset, ut ei vadum, quo transire posset, dignaretur ostendere, manè facto, ceruam ira magnitudinis, ante eos, nutu Dei, flumen ingreditur, illaq; vadante, populus, qua transire posset, agnouit. Sortis loco, regi fuit vox, sub ingressum legatorum, in templo excepta victoriae nuncia; & cerua duxtrix.*

XIII.

Qualis datus est dux etiam S. Ita innocent, ob arreptam adulterij suspicionem, ex arce ac turri præcipitatæ, atque in nemoris salutares latebras inuitatae, ceruus cornuum ramis, candelarum instar, prælucens. Neque noster Patriarcha Ignatius à cæde Mauri aliter est abductus. Pergentem, capto itinere, Ignatum, inquit Petr. Ribad. Ribadeneira, & recta montem Serratum versus progradientem, Sar. l. 1. Vitæ S. racenus quidam, sive Maurus a secutus est (erant per id tempus in Ignati). c. 3. Hispania Tarragonensi adhuc aliqui ex antiquis eius gentis reliquis) cū vna